

DVDECHINVS PRESBYTER.



**D**Vdechinus vir fuit in scripturis sanctis longa exercitatione doctissimus, atque in philosophicis studijs optimè institutus. Itaque presbyter ecclesiæ in Logenstein factus est. Erat autem in signi eloquentia & pietate præditus. Itaque Conradus imperator eum ad expeditionem Hierosolymitanā secum sumpsit, ut sacrī officijs incumbens, sua doctrina milites ad fidei constantiam & fortitudinem adhortaretur. id quod etiam ille magna diligentia præstít. Cum autem in patriam reuersus esset, petente Cunone abbatे mōtis S. Disibodi scripsit eleganti sermone eiusdem suę peregrinationis Historiam, cum multis alijs. Claruit anno 1160 sub Conrado Imperatore. Trit. in script. Eccles.